IOHANNES CHRYSOSTOMUS
Österreich, Ende 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



corruptis exubertate terrarum moribus. de quibus dicit dominus. quia
in saturitate panum luxuriabant. Coartemus autem multa
in modico. ut non incendamur ex multis epulis. et commessa
tionibus. et distentione uentris subsequentibus intemp
antiis. sicut incense sunt sodoma et gomorra. et cum fines earum.
Postea uero moderata uictus nostri fragilitate. nutrientes
animam procedentem in melius refrenandi corporis consue
tudinem ascendamus ad perfectam abstinentiam castitatis.
sicut in ipsum montem salutis. et uirticem uirtutis confugien
tes asculi huius incendiis. Getue ergo delicias sodomitarum.
ne sodomitica patiaris incendia. Fuge fornicatio
nem. discede ab omni luxuria. respue gula. abdica
ebrietatem. et omne signum sodomiticorum fomitis. in te
met ipso uictor extingue. Si enim inquit accenderis
ignem inflamaberis. et ipse tibi eris auctor exicii.
cum te uoluntariis libidinibus excitata uiciorum flama
consumpserit. Nonagamus simile infidelibus uitam. sed
a quibus fide discernimur. ab eorum studiis etiam et moribus
diuidamur. Declaret fidem tuam cottidiana actio
tua. confirmet tuam ad xpm karitatem a carnalibus
concupiscentiis discessio tua. ne quis te contra disci
plinam et decus nominis xpiani. in deuiis ambulan
tem uidens dicat. Iste est ille qui celestis uite uiam sec
tatur. qui denique summi ipsius pudicicie magistri discipulus
habebatur. Iste est ille electus amundo qui iam celestibus
angelis comparabatur. qui se in aduentum celestis regis